

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Odium r  
cum fonte primo

Perfectum odium est homines diligere  
et eorum uicia semper horrere.  
Nam in illa parte qua creatura Dei sunt,  
amandos esse non dubium est;

in illa iniquitate horrendi sunt  
in qua se polluerunt.

Tales placere non possunt, nisi eis qui  
factis similibus implicantur.

Cassiodorus super illud Psalmi: Perfecto  
odio oderam illos.

Perfectum odium est homines diligere  
et eorum uitia semper horrere.  
Nam in illa parte qua creatura Dei sunt,  
amandos esse non dubium est,  
quia considerata opera Dei, boni sunt;  
in illa uero iniquitate horrendi sunt,  
in qua se foedis sceleribus polluerunt,  
quoniam  
tales placere non possunt, nisi eis qui  
factis similibus implicantur.

Aurelius Cassiodorus, *Expositio  
Psalmorum*, 138, 22 (CCSL 98, M.  
Adrien ed., p.1252, ll.459-464).